NOS PRAESES DECANUS ET FACULtas medica in antiquissima ac celeberrima Universitate Vindo-

bonensi hisce omnibus et singulis notum facimus, D. Josephum de Brodowicz Medicinae Doctorem, postquam diligentissime collegia publica et Noscomium de morbis oculorum frequentasset, demisse supplicasse, ut eum ad examen de morbis et operationibus oculorum admittere, diemque ac horam constituere, atque dein rite peracto examine ei haustae suae doctrinae et experientiae testes litteras praebere velimus. In hunc finem examen die 25ta Maji 822 per Dominum Andream Jos. L. B. de Stifft, Ord. St. Stephani Equitem, Sac. Caes. Reg. Apost. Maj. Status et Conferentiarum Consil. actual. Archiatrorum Comitem et Protomedicum, nec non inclytae Fac. medicae Praesidem, per Dominum Aloysium Fiedler, med. Doctorem, inclytae Facultatis medicae p. t. Decanum, et tandem per Dominum Antonium Rosas med. Doctorem, et scientiae morborum oculorum tam theoreticae quam practicae Professorem institutum et peractum fuit, in quo supranominatus D. Josephus de Brodowicz non solum in theoria, sed etiam factis aliquibus operationibus in praxi debite satisfecit. Quare eundem in arte oculari peritum Magistrum agnoscimus, approbamus et declaramus exhibendo ei diploma majori nostrae Facultatis sigillo et manu propria Domini Decani et Notarii munitum, ea tamen conditione, ut sese semper et ubique conformiter gerat juramento et legibus Facultatis medicae. Actum Viennae in Austria anno millesimo octingentesimo vicesimo secundo.

Aloysius Fiedler Medicinae Doctor
inclytae facultatis medicae p. t. Decanus.

Joannes Franciscus Nobilis de Hieber
AA. LL. Philiae, et Medicinae Doctor
Caes. Reg. aulae medicus
inclytae facult. medicae Notarius.

NOS PRÆSES DECANUS ET FACULtas medica in antiquissima ac celeberrima Universitate Vindo-

bonensi hisce omnibus et singulis notum facimus, D. Josephum de Brodowicz Medicinae Doctorem, postquam diligentissime collegia publica et Nosocomium de morbis oculorum frequentasset, demisse supplicasse, ut eum ad examen de morbis et operationibus oculorum admittere, diemque ac horam constituere, atque dein rite peracto examine ei haustæ suæ doctrinæ et experientiæ testes litteras præbere velimus. In hunc finem examen die 25ta Maji 822 per Dominum Andream Jos. L. B. de Stifft, Ord. St. Stephani Equitem, Sac. Cæs. Reg. Apost. Maj. Status et Conferentiarum Consil. actual. Archiatrorum Comitem et Protomedicum, nec non inclytæ Fac. medicæ Præsidem, per Dominum Aloysium Fiedler, med. Doctorem, inclytæ Facultatis medicæ p. t. Decanum, et tandem per Dominum Antonium Rosas med. Doctorem, et scientiæ morborum oculorum tam theoreticæ quam practicæ Professorem institutum et peractum fuit, in quo supranominatus D. Josephus de Brodowicz non solum in theoria, sed etiam factis aliquibus operationibus in praxi debite satisfecit. Quare eundem in arte oculari peritum Magistrum agnoscimus, approbamus et declaramus exhibendo ei diploma majori nostræ Facultatis sigillo et manu propria Domini Decani et Notarii munitum; ea tamen conditione, ut sese semper et ubique conformiter gerat juramento et legibus Facultatis medicæ. Actum Viennae in Austria anno millesimo octingentesimo vicesimo secundo.

Aloysius Fiedler Medicinæ Doctor
inclytæ facultatis medicæ p. t. Decanus.

Joannes Franciscus Nobilis de Hieber
AA. LL. Philiæ, et Medicinæ Doctor
Cæs. Reg. aulæ medicus
inclytæ Facult. medicæ Notarius.



Dypl. 535

1822